



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

17. Idemq; videtur dicendum quoad Clericos, quos ante mutationem status sententia occupavit in loco domicilii. v. g. Episcopus ob præcedens aliquod delictum sententiam tulit aut particularem: *Nisi Titius, qui rem abstulit, intra mensem satisfecerit, in excommunicationem incidat.* Aut generalem: *Qui hanc rem abstulit, nisi intra mensem restituat, excommunicatus sit.* Neutro modo in excommunicationem labetur injustus rei detentor, aut damnificans, si interea statum cum domicilio mutaverit, quandoquidem in personam à jurisdictione alterius exemptam sententia cadere non potest. Porrò extra controversiam est: si nudum præceptum impositum sit subdito, v. g. Clerico Sacerdoti, ut quot diebus sacrificet (nullâ eius præcedente culpâ) postquam is præcipientis jurisdictione solutus fuerit, etiâ à præcepto liber erit. *Sair. lib. 1. cap. 11. n. 19.*

18. Modus fortiendi forum *ratione rei, seu possessionis in territorio sitæ*, longè à præcedentibus diversus est; quia nunquam parit obligationem aut actionem personalem. *cap. ult: de foro comp: L. ult: C. uti in rem*

rem